



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## **Universitätsbibliothek Paderborn**

**Fasti Mariani Cum Divorvm Elogiis In Singvlos Anni Dies  
Distribvtis**

**Brunner, Andreas  
Pfeffer, Wilhelm**

**Antverpiæ, 1637**

S. Longinus M. 15. Martii.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-44055**

ciisque & laborantibus solamen addere, & fatigatis sudorem abstergere illâ manu, quâ, cùm luber, nubes abstergit, & cælum serenat. Certè tanti esse PETRVS credidit VIRGINEM vidisse, ut cùm ei ægritudine alterum deinde oculorum amisisset, minimè ægrè hoc ferret, memor, in quali oculo oculum suum abscondisset. Imò gratulatus sibi luscus est, è duobus hostibus (sic enim ille oculos indigitabat) unum saltem amisisse. Lubens igitur etiam alterū beatâ morte clausit. Ex Petro de Natal.

*Reverà illud verum & solum est gaudium, quod non de creatura sed de Creatore concipitur, cui comparata omnis aliunde jucunditas mœror est, omnis suavis dolor est; omne dulce amarum, omne decorum fœdum, omne postremò quocunque aliud delectare potest, malestum.* S.Bern.in Epist.

### S. LONGINUS M. 15. Martii.

**L**ONGINVM ajunt Centurionem ejus cohortis fuisse, quæ Servatori, & è cruce pendenti, & tumulo condito, custodiæ causâ fuit addita; Eundem lanceâ latus haussisse sacratissimum, geminosque amoris fontes sanguinis & aquæ nobis dedisse, autori etiam suo salutares, quippe cujus oculis medicinam fecisse liquor illapsus memoratur. Id certè nemo negaverit tot miraculorum spectatori mentis oculos apertos esse, & cùm facinus jam suum, ac Judæorum videret, pectus planxisse, & testimonium divinitatis Crucifixu dedisse. Id cùm & tunc & in publico pòst concilio fecisset, odiumque ingens sibi conflasset, Capadociam gemino cum comite petiit. Sed & invidia comes ivit Judæorum, & missi à Pilato, qui caput LONGINI referrent. In hos dum fortè offendit,

16. Ma  
fendit  
habet  
LONG  
frange  
LONG  
vestes  
Pilato  
tum ab  
ut sep  
matro  
rum th  
reperi

D  
erga m  
me pass  
tra prop  
re refu  
mine la

A  
B  
cenda  
do se  
initiat  
quàm  
Sub ha  
ris, me  
cùm se  
luta, c  
cælo i  
& scop  
nitus e  
rietu

16. Mart. VITA SANCTORVM. 141

fendit, ipse cognitos incognitus domo excipit  
habetque per liberaliter. Postridie LONGINVS  
LONGINVM prodit, mirante & tesseram hospitii  
frangere ipso hoste renuente. Sed animos addit  
LONGINVS, jamque Martyrum purpuram ambiens  
vestes candidas induit, animamque cælo, caput  
Pilato dat ferendum. Hic nobile spolium in fime-  
tum abjecit. Prodidit tamen iterum se Divus, &  
ut sepulchro caput cum filii cadavere conderet,  
matronam oculis destitutam monuit. Itaque tan-  
tum thesaurum reperit cæca. Sed & oculos unæ  
reperit. Ex Metaphr. & vita Christi Germ.

Dominus meus JESVS, post cetera inestimabilis sua  
erga me beneficia pietatis, etiam dextrum sibi propter  
me passus est latus fodi; quod videlicet non nisi de dex-  
tra propinare mihi vellet, non nisi in dextra locum para-  
re refugii; utinam merear esse columba, que in for-  
mine lateris dextri habitat! S. Bern. serm. 7. Qui hab.

### S. ABRAMIUS ER. 16. Martii.

**A**BRAMIUS nobili loco natus, ipso festo nu-  
ptiarum suarum die, cum domum sponsa du-  
cenda esset, damnato thalamo, & sponsæ & mun-  
do se subducens, in loca sola aufugit. Inde sacris  
initiatus, efferam gentem longâ patientiâ, & supra  
quam credi potest, magno labore Christo subegit.  
Sub haec Maria neptis ex fratre, quam ille à tene-  
ris, moribus optimis ac summâ pietate imbuerat,  
cum semel lapsa esset, per omnia deinde vitia vo-  
luta, ex eremo demum in mundum (hoc est ex  
cælo in orcum) præceps ivit. Jam publica infamia  
& scopulus audiebat castitatis, cum ostento divi-  
nitus objecto ABRAMIUS draconem vidiit immani-  
richtu columbam incautam deglutire, qui tamen

mon